



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 24. Novi Cardinales Clementini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

**Sæcul. XIV.****A. C. 1385.**

Itaque cum inemendabilem ferre diutius salvo officio haud possemus, excusso jugo multos Præfules, Theologiæ Doctores, & alios Romanæ Curiæ Viros præstantes Clericos, laicosque congregavimus, & inter omnes convenit, dicto Urbano minime præstandam a Christianis amplius obedientiam, sed opponendas vires nostras omnes, concordiamque, & correctionem Ecclesiæ sedulo curandam esse. Hoc fine cum quibusdam nostrorum Collegarum Cardinalium modo absentium brevi petere Romam, & ibi vobiscum, atque Romano cum populo supra memorata omnia modis idoneis perficere volumus. Adhæc statuimus Præfules, Reges, Principes, ac populos per litteras effictim orare, ut Legatos Romanam quamprimum mittant: ubi tunc adesse, ac residere assidue cogitamus, ut de Legatorum, vestroque consilio Ecclesiæ a periculis, quibus exposita est, tutari seu per generale concilium, seu aliter queamus. Conclusionem hujus epistolæ non habemus.

#### §. XXIV.

##### *Novi Cardinales Clementini.*

**D**emortuis nuper admodum quibusdam Cardinalibus suis Clemens 12 Julii an. 1385 novos creavit octo. Primus erat

Joan.

III.  
e diu-  
cullo  
Octo-  
præ-  
egavi-  
o Ur-  
tianis  
endas  
ne, &  
ndam  
ostro-  
o ab-  
i vo-  
lo su-  
s per-  
Præ-  
s per  
Ro-  
tunc  
s, ut  
Eccl-  
t, tu-  
aliter  
stolæ  
  
Joannes Rolandus Arvernus celeber Ju- Sæcul. XIV  
ris Doctor, anno 1379 impositus sedi Am- A. C. 1385.  
bianensi, quam Cardinalis Joannes Gran- *Vitæ PP.*  
gius abdicaverat. Cum Rolandus appel- to . I. p. 512.  
laretur Cardinalis, non erat Avenione : 1333.  
quia 17 ejusdem mensis in cathedrali *Gall. Chris.*  
templo suo Regem Carolum VI, ac Re- to. 2.  
ginam Isabellam Bavaram matrimonio  
conjunxit. Secundus, Bertrandus Cha-  
nacius nobilis Lemovix ex Agathensi Ar-  
chidiacono Bituricensis ab anno 1374 Ar-  
chiepiscopus, & ab anno 1382 simul Hie-  
rosolymæ Patriarcha honorarius benefi-  
cio Clementis, modo Cardinalis Presbyter,  
de S. Pudentiana, sed vocatus Cardinalis  
Hierosolymitanus.

Tertius, Thomas Amanatus Pistorien- Bal. p. 1337.  
sis, ab anno 1380 per Clementem Neapo-  
lis Archiepiscopus; sed eo nunquam pro-  
fectus, & Avenione permanens, Cardina-  
lis Presbyter de S. Praxede, nuncupatus  
vero Cardinalis Neapolitanus. Quartus, Ughel. to. 6.  
Joannes Placentinus, declaratus an. 1364 p. 202.  
Cervianus, anno 1370 Patavianus, post  
menses octo Urbevetanus, & anno 1376  
Castelli, seu Venetiarum Episcopus (tam  
facile tunc siebant translationes) cum  
purpura obtinuit templum S. Cyriaci, sed  
dicebatur Cardinalis Venetus. Quintus,  
Amelinus Lautricensis ex antiqua & no-  
bili Occitaniæ familia, Canonicus Regu-  
laris, Juris Pontificij Doctor, ex Cano-

**Sæcul. XIV.** nico, & Cancellario Ecclesiæ Tolosanæ,  
A. C. 1385. (ut nobis indicat concilium Vaurense an.  
**Sup.lib.90.** 1368 habitum) factus anno 1375 Confer-  
§.7. ranus Episcopus, dein Lugdunum Conve-  
narum translatus, & a Clemente præfe-  
ctus libellis supplicibus.

**Sextus, Joannes Murolius** nobilis Ar-  
vernus, post studia litterarum anno 1350  
addictus ministerio Cardinalis Guidonis  
de Bononia, & ibi educatus una cum Ro-  
berto Genevate nepote Cardinalis tunc  
ætate florentis admodum, postea in Pa-  
pam electi, seque dicentis Clementem VII:  
quem an. 1376 ut Legatum in Italiam se-  
cutus Murolius anno proximo evasit Epi-  
scopus Genevensis; modo Cardinalis de  
S. Vitale, sed nominatus Cardinalis Mu-  
**Bal. p.1349.** rolius. Septimus Petrus Turius patria  
Lugdunensis, primum Custos illius Eccle-  
siæ, & an. 1382 Magister libellorum sup-  
plicum palatii regii, dein Episcopus Mal-  
leaci, unde nomen habuit etiam ut Car-  
dinalis, et si natus titulum de S. Susan-  
na. Octavus, & ultimus Joannes Brog-  
**Bal. p.1353.** nerius sic dictus ex natali loco in Gene-  
vensi dioecesi, Vivariensis Episcopus, &  
Clementis Cubicularius, modo Cardinalis  
Presbyter de S. Anastasia. En octo Car-  
dinales promotos 12 Julii anno 1385.

§. XXV.